

Can. IX. A suis Episcopis excommunicatos, ab aliis Episcopis, Abbatibus & Clericis in communionem recipi proculdubio prohibemus.

Idem hoc sanxerat Nicanum primum Concilium, can. 5. & Sardicense, can. 16.

Can. X. Nullus in Episcopum nisi canonico electum ad consecrandum manus mittat: quod si presumperit, & consecratus & consecrator absque recuperationis spe depnatur.

Can. XIV. Sanctorum Patrum Canonibus consona sentientes, oblationes de sacrarissimo & reverendissimo Altari B. Petri, & Salvatoris S. Mariae Rourunde, ac de aliis omnium Ecclesiarum Altaribus sive Crucibus a laicis afferri penitus interdicimus, & sub anathematis distinctione firmamus, Ecclesias a laicis incastellari, aut inservitatem redigi auctoritate Apostolica prohibemus.

13. Can. XV. Quisunque monetam falsam scienter fecerit, aut studio expederit, tamquam maledictus, & pauperum opprefor, & civitatis turbator, a fidelium consilio separetur.

Hac pena plane canonica est. Sunt & alia constitutiones de crimine false moneta penales, scilicet Concilii Heribopolensis anni 1287. can. 37. & generalis Concilii primi Lateranensis sub Callisto II. can. XI.

Item Caroli Magni lib. 4. Capitularium cap. 33. allegato apud Iovonem parte 16. cap. 278. sed pena, quam indicat, non est canonica, cum sit amputatio manus.

Inter Concilia quoque referuntur Concilium Gratianum anni 929. cui Rex Angliae Athelstanus interfuit, sed existimatur potius fuisse regni Comitia, in quibus praeter Episcopus major pars confidet Officium & delegatorum secularium; decernit enim penam, qua a Clericis infligit prohibetur. Etenim ita constituit: Si mon-

tariorum quisquam nummos corrapere, ejus manus sceleris volata præciditur, atque nummaria fabrica conficienda affigetur. Sin nummi adulterati aliquis postulatus criminis suspicionem dilucere posse, carentis ferri questionem manum sceleris pars sitaque immunitum offendit. Sed ut ad spiritualem falsitatem deflectamus, multa est adultera moneta cum falsa doctrina similitudo, ut dicitur in actis Concilii Basileensis. In primis enim adulterantur nummi, si reprobatur aut impuro ex metallo cudentur; ita & doctrina, si falsa sit, & a Deo, qui suprema veritas est, & ab eius interprete Ecclesia deviet ac reprobetur. Adulterina quoque sit moneta, quamvis ex probato auro vel argento procula sit, si aliam quam Principis imaginem referat; similiiter & doctrina, pro cuius confirmatione allegatur Divina Scriptura, qua in Psalmis argento confertur igne examinato & sepuplum purgato, si præter mentem & sensum Ecclesia proferatur; quemadmodum diabolus verbis Scriptura Christum tentavit, ut se daret præcipitem: Et nulla est, fuitque herefis, quam per male intellectam Scripturam firmare perversi homines non sint conati. Denique adulterina cuditur moneta, si justo caret pondere: ita & doctrina, ad cuius munimen profertur Scriptura, sed mutilata & decurtata; ut si quis vellet negare reproborum resurrectionem, & judicium, per mutilata Scriptura verba: Ideo non resurgent impi in judicio, quorum tandem intellectus a sequentibus dependet: Neque peccatores in consilio iudiciorum.

Can. XVI. Si qui Romipetas & peregrinos Apostolorum limina, & aliorum Sanctorum oratoria visitantes capere, seu rebus quas ferant, spoliare, & novis teloniorum seu pedagiorum exactiōibus molestare tentaverit; donec faciat, communione abstinere Christianos.

Can. XX. Paternarum traditionum exemplis communici, Pastoralis officii debitum persolventes, Ecclesias cum bonis suis tam personis, quam professionibus, Clericos visitantes, & aliorum Sanctorum oratoria visitantes capere, seu rebus quas ferant, spoliare, & novis teloniorum seu pedagiorum exactiōibus molestare tentaverit; donec faciat, communione abstinere Christianos.

Can. XV. Sortilegos, eriolas, & anguria queque spectantes, eique consentientes excommunicari præcipimus, perpetuaque notam infamia.

Huc spectat Agathensis can. 42. relatus a Gratiano c. aliquanti clericis, 26. q. 5.

6. Can. XVI. Inter consanguineos seu affinitate conjunctos usque ad septimam generationem matrimonia contrahere penitus interdicimus: contracta quoque matrimonia ab huiusmodi personis disjungi, & personas ad penitentiam debere redigi, juxta factorum Canonum definitionem jucundamus.

Ea fuit multis seculis Ecclesia disciplina, ut irritum esset matrimonium ad usque septimum consanguinitatis gradum, ut constat ex collectis veterum Patrum testimoniis apud Gratianum, causa 35. q. 5. Hoc ipsum duo Romana Concilia constituerunt: primum sub Nicolo Papa II. can. 11. his verbis: Ut de consanguinitate sua

CONCILIO LONDONIENSE

Seu VVestmonasteriense anni
Domini 1125.

1. Actum est Concilium istud sub Honorio secundo Pontifice ann. 1145. pro reformatiis pravis Ecclesie moribus; convocatis ex universa Britannia insula Presulibus, auctoritate Joannis Cremonensis Presbyteri Cardinali tituli S. Chrysogoni Legati Apostolici, qui Conc. præfuit regnante Anglis Henrico Guillielmo Magno filio; Scotis autem Davide.

Can. II. Interdicimus etiam, ut pro Chrismate, pro oleo, pro baptisme, pro penitentia, pro visitatione infirmorum, seu unctione, pro communione Corporis Christi, pro sepulture, nullum omnino premium exigatur.

Can. V. Sancimus preterea, ne quis Ecclesiam sibi, sive præbendam paterna vindicet hereditate; aut successorem sibi in aliquo constitutas beneficio Ecclesiastico. Quod si presumptum fuerit, nullas vires habere permittimus, dientes cum Psalmista: Qui dixerint, hereditate possedamus Sanctuarium Dei: Deus meus, pone illos ut rotam.

Hoc idem constituit Concilium Londoniense anni 1102. can. 7. & c. Moyes, & c. seq. 8. q. 7. itemque c. ad extirpanda, & c. dilectus, de fil. presbyt.

2. Can. VIII. Nullus in Presbyterum, nullus in Diaconum nisi ad certum titulum ordinetur. Qui vero absolute fuerit ordinatus, sumptu caret dignitate.

Idem provisum fuerat Chalcedonensi can. 6. & habetur in Decreto, c. neminem absolute, dist. 7. quam laudabilem disciplinam instaurare studuit Concilium Trid. sess. 23. c. 16. dicens: Nemo ordinetur, quin certe Ecclesie adscribatur.

3. Can. X. Nullus Episcoporum alterius Parochianum presumat ordinare, aut judicare; unusquisque enim suo Domino stat, aut cadit, nec tenetur alius sententia non a suo iudice prolatu.

Hoc idem cautum fuerat Sardicensibus canonibus 16. 18. 19. ne Episcopi alienum Parochianum ordinent sine proprii illius Episcopi dimissoriis. Nec non a Chartigenensi Concilio primo sub Julio Pontifice can. 5. alii que permittit Conciliis.

Can. XI. Nemo excommunicatum alterius presumat in communionem suscipere. Quod si scienter fecerit, & ipse communione caret Christiana.

Eamdem ante biennium fecerat prohibitionem generale Concilium Lateranense primum can. 9. primum quoque Nicenum Concilium can. 5. & Sardicense c. 6.

5. Can. XIV. Usuram & turpe lucrum Clericis omnibus prohibemus. Qui vero super criminis tali confessus fuerit convictus, proprio gradu dejectiatur.

Nicenum primæ Synodi can. 17. clericum usuratum deponi jubet. His suffragatii Apostolorum can. 44. & Arelatenis primi Concilii can. 12. & Laodiceni can. 5. & Carthaginensis tertii sub Siricio Papa can. 16. & Tarragonensis, anni 516. can. 3. & Lateranensis generalis sub Alexandro III. can. 25. quo ufariorum penae decernuntur. His addi antiquissimi Illyberitani Concilii can. 20. ut multa fileam recentiora.

Can. XV. Sortilegos, eriolas, & anguria queque spectantes, eique consentientes excommunicari præcipimus, perpetuaque notam infamia.

Huc spectat Agathensis can. 42. relatus a Gratiano c. aliquanti clericis, 26. q. 5.

6. Can. XVI. Inter consanguineos seu affinitate conjunctos usque ad septimam generationem matrimonia contrahere penitus interdicimus: contracta quoque matrimonia ab huiusmodi personis disjungi, & personas ad penitentiam debere redigi, juxta factorum Canonum definitionem jucundamus.

Ea fuit multis seculis Ecclesia disciplina, ut irritum esset matrimonium ad usque septimum consanguinitatis gradum, ut constat ex collectis veterum Patrum testimoniis apud Gratianum, causa 35. q. 5. Hoc ipsum duo Romana Concilia constituerunt: primum sub Nicolo Papa II. can. 11. his verbis: Ut de consanguinitate sua

Concilium Lateranense II. Generale ann. 1139.

san nulla uxorem ducat usque ad generationem septimam, vel quosque parentela cognosci poterit. Posterior autem ann. 1063. sub Alexandro Pontifice II. Sed ob innumerorum quo quotidiem emergebant inde scandala, sapienter providit generale sub Innocentio III. Concilium ne graduum prohibitio ultra quartum prorogaretur gradum: quod Lateranensis constitutio habetur in can. non debet, de consang. & affin.

C O N C I L I U M LATERANENSE II. GENERALE

Sub Innocentio secundo Summo Pontifice
anni 1139.

1. Postquam legitimis majoris partis Cardinalium suffragiis sublectus fuit Honorio II. Callisti II. successor Innocentius II. reliqua pars Cardinalium Petrum Leonis Pseudo-pontificem elegit, qui se Anacletum II. nominavit. Imminente quippe Honori obitu convenit inter Cardinales fuerat, ut postquam ille deceperit, simul omnes ad sanctum Marcum convenienter successorem communis consilio electi. Ceterum qui familiaritate & affinitate propinquiores Honori fuerant, (ut refert Suggerius Abbas sancti Dionysii in vita Ludovici VI. Francie Regis) statim atque Pontifex Honorus expiravit, antequam populo innotesceret illius obitus tumultuari assueto, concitante seditionissimo monacho Arnaldo Brixieni, ideoque non ausi ad sanctum Marcum convenire, ne rei divulgatio factiones & arma popularia excitaret, fine mora Gregorium Cardinalem Diaconum tituli sancti Angeli elegerunt, qui postea Innocentii secundi nomen sumpsit. Reliqui vero Cardinales & Episcopi, qui cum majori Procerum Romanorum Petro Leonis opibus & affinitatibus preponenti adhesserant, Cardinali Presbyteri tituli S. Marie trans Tiberim, ad sanctum Marcum eodem quoque die convenienter ipsum Petrum in Papam elegerant. Qui statim cognitorum & affium potestate & clientum multitudine subinxus aedes Frangipanium, ad quas se Innocentius receperat, obsidet, sed inde repulsi præcipiuarum urbis Ecclesiarum thesauros & vaia diripi, ut his opibus suas partes promoveret.

2. Sibi etiam Petrus adjunxit Rogerium Calabriæ, Apuliae & Sicilie Ducem, quem ut sibi devinctum haberet, titulu Regis decoravit. At Innocentius Roma furtim excedere compulsa se in Galliam recepit. Eum Rex Ludovicus VI. cognovit Cratius pedibus ejus procumbens, & stratoris munere functus, honorificissime atque amantissime exceptis. Schismati huic extingendo Sanctus Clarevallensis Abbas Bernardus diligenter & utilissimam navavit operam, primum apud Reges Episcopos Francie & Angliae, deinde apud Principes & Regem Germanie Lotharium Saxonie Ducem, qui etiam pollicitus est se Romanus usque Innocentium deducendum, usque armis Italiani & Romanam civitatem ad Innocentius obsequium compulsumur, idque sedulo præstis. Innocentius Ecclesiarum Gallicanarum in sui subdium recepitis collatis pecuniis ex Gallia in Italiam remeas. Lotharius eidem se comitem cum numero exercitu adjungit, in Longobardiam & Romanum usque prosequitur, ubi & coronam Imperii de manu Innocentii recepit; inde in Apuliam copias traducens, Rogerio bellum intulit, quo Apulia tota, Campaniaque deplufo, Rainaldum ibi Ducem constituit, & Germaniam repetit, relicto Rome pro Innocentii tutela copioso validoque præsidio.

3. Neque solum schismate per id tempus dilacerabatur Ecclesia, sed heresiis quoque Petri de Bruis, & seditionibus, quas Arnaldus Brixianus Petri Abelardi discipulus concitat, in id incumbens, ut omnem regimini politici auctoritate ad primates laicos & plebem revocaret, eisque Pontifices & Ecclesiam subjecerit: quibus mendens malis Innocentius in Basilica Laterana Concilium istud generale anno 1139. coegerit, mortuo pridem Lothario Saxonie, & Conrado tertio Germanis regnante. Petrus vero Leonis mortem jam appetierat, necdum tamen ejus factio extincta erat.

4. Can. I. Simoniæ ordinatos gradu dejectit. Requie can. 2. Synodi Chalcedonensis. Hoc idem constituerat iste idem Innocentius II. in Concilio Remensis, cui ipsem præfederat anno 1131. can. 1. Scinditum est enim, ab hoc Pontifice transfusos suis iisdem prope verbis canones Remenses in istud Lateranense, ut gravioris essent auctoritas, & ut suffulti generali Concilio per universas Ecclesias a cunctis fidelibus servaretur.

5. Can. II. Si quis præbendam, vel prioratum, seu dianatum, aut honorem, vel promotionem aliquam Ecclesiasticam, seu quolibet sacramentum Ecclesiasticum, ut pote Christi vel Oleum sanctum, confeerationes altarium vel Ecclesiarum, interveniente execrabilis ardore avaricie, per pecuniam acquisitum, honore male acquisito careat empator, atque vendor & interventor nota infamie percellantur. Et nec pro pastu nec sub obtentu aliquis confundendus ante vel post a quoquam aliquid exigatur, vel ipse dare presumat, quoniam simoniacum est; sed libere & abique immunitio aliqua collata sibi dignitate atque beneficio perfruatur.

Statutum paulo ante fuerat de largitionibus ex consuetudine aut statuto peculiari fieri solitis in admissionibus ad Monasteria, Dignitates & Canoniciatus a Concilio Londoniensi sub Honorio II. anno 1127. can. 3. his verbis:

Exactiones certas pecuniarum pro recipiendis Monachis, Canoniciis, & Santimonialibus condemnamus.

Can. III. A suis Episcopis excommunicatos ab aliis suci modis omnibus prohibemus. Qui vero excommunicato, antequam ab eo qui eum excommunicavit, abfolvatur, scienter communicare presumperit, pari sententie reneatur obnoxios.

Hec eadem prohibentur Apostolorum can. 12. alias 13. & in Niceno can. 5. & in Sardicense can. 16. & in Lateranensi sub Callisto II. can. 9. & in Londoniensi anni 1125. can. 11. Quod vero canon iste Lateranensis 3. decernit de scienter communicantibus cum excommunicatis, ut pari censura innondentur, hoc duplice moderatione posteriora jura temperantur: Primum ut communicans, non maiorem, sed minorem dumtaxat excommunicationem incurrat: Secundo ut nec ipsa minor excommunicatione locum habeat nisi communicando cum publice atque nominatio denuntiatis, aut cum manifestis Clericorum vel Monachorum percussoribus, juxta placitum Constantini Concilii a Martino Pontifice confirmatum. Olim vero major ex ea culpa irrogabatur excommunicatione per canonem 10. Apostolorum, & per Antiochenum can. 2. & Concilii Carthaginensis IV. can. 74. qui est in Decreto Gratiani c. qui communicaverit, II. q. 3.

Can. IV. Precipimus etiam, quod tam Episcopi quam Clerici in statu mentis, in habitu corporis, Deo & hominibus placere studeant, & nec in superfluitate, scissura aut calore vestiū, nec in tonsura intuentum, quorum forma & exemplum esse debent, offendant ajetum: sed prius que eos deceant, sanctitatem pre se ferant. Quod si moniti ab Episcopis emendare noluerint, Ecclesiasticis careant beneficiis.

Can. V. Illud autem quod in sacro Chalcedonensi constitutum est Concilio (scilicet can. 22. Chalced.) irrefragabiliter conservari precipimus. Ut videlicet decedentium bona Episcoporum a nullo omnino hominum diripientur; sed ad opus Ecclesie & successoris sui in libera economi & clericorum permanente potestate. Cesset igitur de cetero illa detestabilis & severa rapacitas. Si quia autem modus attenare presumperit, excommunicationi subiectum. Qui vero morientur Presbyterorum, vel Clericorum bona rapuerint, simili sententia subiiciantur.

Can. VI. Decernimus etiam, ut ii, qui in Ordine Subdiaconatus, & sapia, uxores duxerint, aut concubinas habuerint, officio, atque ecclesiastico beneficio, careant. Cum enim ipsi templum DEI, via Domini, sacrarium Spiritus sancti debent esse, & aici; indignum est eos cubilis & immunitatis defervire.

Can. VII. Ad huc prædecessorum nostrorum Gregorii sepius, Urbani & Paschalii Romanorum Pontificum vestigia inherentes præcipimus, ut nullus Missas eorum audiatur, quos uxores vel concubinas habere cognoverit. Ut autem lex continentia, & Deo placens mandit in Ecclesiasticis personis & sacris Ordinibus dilatetur, statim, quatenus Episcopi, Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, regulares Canonici & Monachi aucte conversi proficiunt, qui sanctum transgredientes propositum uxores sibi copulare presumperint, separantur. Hisjusmodi namque copulationem, quam contra Ecclesiasticam regulam constat esse contractam, matrimonium non esse censimus. Qui etiam ab invicem separati, pro tantis excessibus condignam penitentiam agant.

7. Can. IX. Prohibet monachis & regularibus canonici leges faciles, & medicinam addicere, aut propter lucrum castrorum Patronos agere, aut curationes corporum exercere.

Can. X. Decimas Ecclesiarum, quas in usum pietatis concessas esse canonica demonstrat auctoritas, a laicis posse sibi